



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Archicancellariis Sacri Romani Imperii Ac Cancellariis Imperialis Avlae

**Mallinckrodt, Bernhard von
Monasteri[i] Westphaliae, 1640**

Matthias Imperator.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11835

(incidit ille hoc anno in Dominicâ Inuocauit) lucem primâ aspexit. Hic vir in iure doctissimus, & scriptis editis clarus, ad Cæsaream sibi aulam aditum patefecit; & ex Imperialis Camerae Spirensis Assessoris ad Palatinam vocatus militiam, ex Consiliario tandem Aulico ad Vice-Cancellariatum conscendit. Extant *tom. 2 Braunsch. Historisch. Händell / pag. 747*, Cæsareæ ab hoc subscriptæ literæ, anno 1595. Edidit præter Auctorum iuris Catalogum, Symphoniam vtriusque Iuris Chronologicam, insigne & necessarium Iuris studiosis opus, Enchiridion Locorum Communium, Observationum Iuridicarum crepundia, libros duos Schematismorum de Processu Iudicarij ordine, &c.

Rudolphus Coraducius Legum Doctor Italus, è Fori Iulij, ni *Rudolphus fallor, eâ parte, quæ Austriacis paret, progenitus, subscripsit vnâ cum Andrea Hannevaldo anno 1604, Decretum Cassatorium in causa Braunsvicensi. tom. 2 Braunsch. Historischer Händell / pag. 495.* *Coraducius.*

Leopoldus à Stralendorff, Eques Megapolitanus, cum vxorem haberet Baltharis à Dernbach Fuldenfis Abbatis, in exilio agentis, germanam, causam ~~seforij~~ ^{seforij} sui in aula Rudolphi Cæsaris tam dextrè & peritè egit, vt *Leopoldus à Stralendorff.* non tantum restitutionem illius obtinuerit, sed etiam plurimorum sibi fauore conciliato, ac in primis Cæsari ipsimet probatus, in Aulici Consilij senatum assumptus, & consequenter proximâ Vice-Cancellariatus vacantiam ad illud togatæ militiæ fastigium promotus fuerit. Filium reliquit Petrum Henricum, paternæ virtutis & dignitatis, vt suo loco indicabitur, heredem.

MATTHIAS Imperator,

Ioan. Ludouicus ab Vlm, è nobilitate Imperiali Rhenanâ, Dominus in Morbach, Wangen, Mittelbibrach & superiori Salmeting, vniuersum ferè Matthiæ Imperium occupat; nec hactenus alios eiusdem officij confortes erui. Summæ rerum sub hoc Cæsare curam & directionem Cardinalis *Ioan. Ludouicus ab Vlm.* Clefelius Viennensis ciuis & Episcopus respexit, magnâ apud plerosque prudentiæ laude; quâ tamen, vt sunt omnia humana fluxa & instabilia, præcauere nequiuit, quin & ipse tandem Fortunæ ludus & humanæ infelicitatis nobile exemplum fieret.

FERDINANDVS II Imp.

Hic ante Imperium Procancellarium habuit Leonardum Gezium, *Leonardus Gezjus.* qui